UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor, Coordinatus, Seu Omnes ...

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

33. An novitii Regularium possint sumere Bullam, & virtute ipsius à casibus reservatis absolvi? Et an supra dicti novitii etiam sine Bulla Cruciatæ possint absolvi à quocumque Sacerdote approbato à ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-76369

Visual Library

que los Religioſos eſten ſugetos, quanto al Sacramento de la Penitencia à los Prelados, porque eſto ſe ha da entender, quanto à lo que dos vezes antes auia prohibido, que era la abſolucion de los caſos reſeruados, quia clauſula poſita in vna parte diſpoſitionis, ſiue ponatur in principio, ſiue in fine, cenſetur referri ad omnia contenta in eadem clauſula *cap. ſecundo requiris, de appellationibus* (vbi id obſeruant Doctores) *cap. cauſam de reſcript. cap. Apoſtolus* 32. *quæſt.* 7. *leg. item quia ff. de pactis* §. *vltimo leg. Titia* §. 2. *C. familiæ erciſcundæ leg. quoties C. de pactis leg. petens ff. ſi certum petat leg. lecta eſt ff. de legat.* 1. *leg. auia ff. de condit. & demonſtr. leg. talis ſcriptura* §. *vlt. ff. de legatis* 1. y las palabras vltimas generales del breue ſe han de entender ſecundùm ſubiectam materiam de los caſos reſeruados, que antes auia prohibido *cap. indulgentia, de verborum ſignificat.* y eſtas vltimas palabras referidas, no comprehenden lo que el Pontifice no quiſo comprehender, que fue la abſolucion de los caſos ordinarios, quia lex non includit illud, ad quod mens, & ratio legis non ſe extendit, *leg. non dubium C. de legibus* 1. *C. quæ ſit longa conſuetudo*, & ideo vbicumque habet locum ratio legis, habet etiam lex *l.* 1. *C. de interdicto*, & hoc etiam ſi verba legis contradicant *leg. ſcire oportet* §. *aliud in verbo ff. de excuſ. tutor. textus in l.* 3. *ff. de lib. præterit.* quia vbi (inquit) manifeſtiſſimus eſt ſenſus teſtatoris, interpretatio verborum nunquam tantum valet, vt melior ſenſu exiſtat, & *cap. conſuetudo diſt.* 1. vbi dicitur quod lex eſt quicquid in ratione conſiſtit, y la clauſula general del fin, ſe ha de limitar por la particular, de que no puedan abſoluer de caſos reſeruados, quia clauſula præcedens eſt maioris efficaciæ ad determinationem ſequentium, quam ſequens ad determinationem præcedentium, *gloſſa* 1. *in leg. quiſquis* 85. *de legat.* 3. y lo que totalmente deſuaneze la difficultad es que el derecho lo determina aſſi: Quia clauſula generalis ſequens determinatur per ſpecialem clauſulam præcedentem *l. quoties & ibi gloſſa* 1. *Cod. familiæ erciſcundæ*; y aſſi la clauſula general del breue, ſe determina por las dos ſpeciales præcedentes, &c. clauſula generalis non porrigitur ad ſpecificata, niſi fuerit, appoſita tantùm pro illis, quæ ſpecificata ſunt *leg ſtipulationes commodiſſimum* 53. & *leg. doli clauſ.* 310. & ibi *gloſſa final. ff de verb. oblig.* Et hæc omnia docet Martinus *vbi ſuprà.*

3. Hanc etiam ſententiam confirmat multis rationibus Quintanaduc ñas *tom.* 1. *de Sacram. tract.* 3. *ſing.* 18. *num.* 19. & ex Societate Pater Andreas Mendo *in Bull. Cruc. diſp.* 24. *cap.* 18. & in Appendice contra Patrem Bardi *diſp.* 1. *cap.* 10. & me citato P. Hurtadus *tom.* 2. *tract.* 9. *cap.* 6. *n.* 78.

RESOL. XXXIII.

An Nouitij Regularium poſſint ſumere Bullam, & virtute ipſius à caſibus reſeruatis abſolui?

Et an ſupradicti Nouitij etiam ſine Bulla Cruciatæ poſſint abſolui à quocumque Sacerdote approbato à caſibus reſeruatis in Religione?

Et an Nouitij ſumendo Bullam poſſint edere lacticinia, ſicut cæteri ſæculares? Ex p. 1. tr. 11. Reſ. 15.

§. 1. RESpondeo affirmatiuè, quidquid in contrarium aſſerat Vecchius *in praxi Nouitiorum, diſp.* 9. *dub.* 5. *num.* 7. & ita docet Suar. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 9. *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 10. Fernandez *in exam. Theol. mor. p.* 3. *cap.* 9. §. 8. *num.* 9. & Ledeſma *in ſumm. tom.* 1. *tract. de Pœnit. cap.* 13. *dub.* 14. vbi etiam aſſerit: [Que quando los prelados de las Religiones huuieſſen traido algun Breue, ò indulto, para que los Religioſos no pudieſſen elegir Confeſſor por virtud de la Bula; eſto no ſe ha de entender de los Nouicios, porque los Nouicios en las coſas odioſas, no entran debaxo de nombre de Religioſos. Por lo qual, quanto à eſto, queda como ſeglar, y puede elegir Confeſſor por virtud de la Bula de la Cruzada.] Ita ille. Idem etiam docet Acoſta *in explicat. Bullæ*, *q.* 107. Villalob. *in ſum. tom* 1. *tract.* 9. *cap.* 56. *n.* 6. qui benè notat, dictos Nouitios, etiam ſine Bulla Cruciatæ, à caſibus reſeruatis in Religione poſſe abſolutionem obtinere à quocumque Sacerdote. Sed de hoc alibi.

2. Notandum eſt etiam, Nouitios, ſumendo Bullam, poſſe edere lacticinia, ſicut cæteri ſæculares, propter rationem dictam? non enim cenſentur Religioſi quoad onera. Ita Fernandez *vbi ſuprà*, §. 5. *num.* 5. & alij.

RESOL. XXXIV.

An qui peccat ob ſpem abſolutionis Bullæ, gaudeat eius priuilegio?

Idem quæritur de Iubileo. Ex parte 1. tractatu 11. Reſol. 16.

§. 1. NEgatiuè multi reſpondent, vt Couarruuias *lib.* 1. *var. cap.* 2. *n.* 26. & alij penes Acoſtam *in explic. Bul. q.* 33.

2. Sed ipſe, & rectè contrarium docet; cui ego addo Leonem *tract. de Iubil. part.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 14. Molfeſ. *in ſumma tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 16. *numero* 47. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 8. *cap.* 10. *num.* 261. Sanctarellum *de Iubil. cap.* 8. *dub.* 10. Sanchez *in ſumma tom.* 1. *lib.* 4. *capite* 54. *numero* 18. Ledeſmam *in ſumma tom.* 1. *tract. de Pœnit. cap.* 13. *dub.* 10. vbi aſſerit: [Eſta reſolucion tienen todos los Dotores, y ſe prueua lo primero, porque el Papa en eſte priuilegio de la Bula no pone excepcion ninguna, ni reſtricion, de la qual ſe entienda, que el que peca con la tal confiança, no puede ſer abſuelto de los pecados. Luego por virtud de la Bula de la Cruzada puede ſer abſuelto dellos, porque eſte priuilegio es fauorable, y no es razon reſtringirlo.] Idem etiam docet Villalobos *in ſumma tom.* 1. *tract.* 17. *clauſ.* 9. §. 2. *n.* 19. Bonacina *de leg. diſp.* 4. *q.* 2. *punct* 6. §. 3. *n.* 12. & alij.

RESOL. XXXV.

An per Iubileum anni Sancti Bulla Cruciatæ ſuſpendatur? Ex p. 1. tr. 11. Reſol. 97.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Fabrinus *de Iubil. c.* 21. Nauar. *not.* 33. *num.* 3. Lopez *in inſtruct. tom.* 1. *cap.* 10. & alij.

2. Sed contrariam ſententiam prorſus amplectendam eſſe puto. Et ita docet Portel *in dub. regul. verb. Bul. Cruc num.* 2. Salas *de legib. diſp.* 20. *ſect.* 10. *in fin.* Bonac. *de legib. diſp.* 1. *q.* 3. *punct.* 8. §. 3. *num.* 33. Leone *tract. de Iubil p.* 1. *q.* 6. *n.* 229. Zerola *de ann. Iubil. lib.* 1. *cap.* 19. *q.* 2. Villalob. *in ſumma tom.* 1. *tract.* 27. *clauſ.* 11. *n* 8. Fernand. *in exam. Theol. mor. p.* 3. *cap.* 9. §. 10. *n* 6. Henriq. *lib.* 7. *c.* 21. *n.* 3. Acoſta *in Bul. q.* 101. Rodriq. *in Bul.* §. 12. *dub.* 6. *num.* 8. qui aſſerit, ita declaraſſe Clem. VIII. in ſuo Iubileo anni ſancti 1600. Et ita declaraſſe Commiſſario Cruciatæ Vrbanum VIII. pro hoc anno 1625. aſſeruit mihi vir doctiſſimus D. Franciſcus de la Riba, Vicarius Generalis Illuſtriſſ. Cardinalis ab Auria. Et ratio eſt: quia, vt rectè notat Sanchez *de matrim. tom.* 3. *lib.* 8. *diſp.* 33. *num* 10. priuilegia Bullæ conceduntur per modum contractus, vt patet ex lectura Bullæ: ſed Pontifex in reuocatione non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN